

RECTOR ET SENATUS ACADEMIAE LUGDUNO BATAE LECTORIBUS SALUTEM

Laudabile in primis majorum nostrorum institutum est, ut, qui hō estis studiis atq; artibus diu sese dediderunt, antequam se ad vita communis usum, atq; ad praxin conferant, ante omnia Academia alicujus subeant examen, debitumq; eruditionis suae testimonium ab ea petant. Cum itaq; *Ornatiss. Doctissimū q; Vir* IOHANNES BEYER. *Lejno-Polonis*, diligentem assiduamq; **MEDICINAE** multos annos operam navasset, atq; jam ad exhibendum doctrinae suae specimen, paratus esset, petissetq; a nobis, ut ipsum titulo Academico, doctrinae suae convenienti ornaremus. Nos, cum honestiss. aequissimaeq; ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, ipsum primò per universam Medicinam accuratè examinavimus, ac deinde *Theses* **DE FEBRE HECTICA**, publicè adversum omnium opponere volentium argumenta objectionesq; tuentem audivimus. In quibus omnibus cum egregiam eruditionem suam, ac Medicinæ peritiam, pari cum modestia conjunctam, abundè nobis probasset, qui virtutis et honestis studiis debetur honos, petenti libenter contulimus. Quapropter, potestate nobis ab Excellentiss. Principe, **GVLIELMO NASSOVIO**, Hollandiae ac Zelandiae Gubernatore, nec non ab Illustribus ac Potentibus Hollandiae Zelandiaeq; Ordinibus concessa, eundem IOHANNEM BEYERUM Doctorem Medicinæ pronuntiavimus, ac declaravimus, pronunciamus, ac declaramus, dedimusq; ac damus ei potestatem cathedram Doctorem conscenderendi, ac de Medicina respondendi, consultandi, praxin deniq; ubi vis exercendi. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac immunitates, quaecumq; vero Medicinæ Doctori legibus vel consuetudine concedi tribuique solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum, manu Secretarii nostri subsignatum, ac majore Academiae sigillo corroboratum, ei dari curavimus. Lugd. Bat. A. CD DCLXIX. Septemb. XXIII.

*Franciscus De Le Boe, Sylvius,
Medicinae Practicae Professor, et
Academiae s. t. Rector.*

*Joannes van Horne
Anat. et Chir. Professor
Facult. Med. p. t. Decanus
Promotor*



*Carolus Welincxartius, Med.
Regius in Gallis, nec non in
Acad. L. B. Prof. Med. Practicae.*

